

Nemo ratem quaerit, nullus te, navita, poscit;
miranti populo sic stat aperta via.

- 85 Et metus atque rei novitas intrare vetabat
primitus, et sensim coepit abire metus;
incipit esse vetus nova res, intratur utrimque,
alterutram ripam plebs petit atque pecus.
Vel pes eis siccus, modicum vel planta madescit,
90 dum gradiens populus itque reditque frequens.
Si olim tale vadum iuvenis Leandrus haberet,
non foret insignis tam tibi luctus, Ero.

Non ad piscandum quis quaerit rete vel hamum,
saltibus atque manu, qui volet, illud agit.

- 95 Vir tumultandus erat ripae ulterioris in agro,
flentibus evehitur per loca sicca suis.
Illa sat urbs timuit, peteret ne se unda tumescens
obrueretque simul compita rura domos.

- Saxa patent ignota polo, polus ipse patescit
100 saxis, cum propriam linqueret humor humum.
Quo vada nulla dabas pediti, illic, Sarta, dedisti
grande vadum, caligas cum tua saxa stupent.
Sarta aliis vicibus hoc ipsum est passa duabus,
nec hoc nec procul hoc tempore sive loco.

- 105 Quis neget antiqui dominum meminisse trophaei,
quo fluvium scindit et Hiericontha quatit?
A prima in quartam modus hic defluxerat horam,
inde suas repetit post celer unda vias.

Nomina non ideo narrantum scripsimus istic,

- 110 sunt quoniam plures, qui cecinere mihi.

At si nosse rei vis, lector, tempora gestae,
accipe, promemus sub brevitate tibi:

Septimus hic agitur decurrens lubricus annus,
quod, Hludovice, tibi regna paterna manent;

86 metus *fehlt* H — 87 intratus TG — iterat iterimque H — 88 plebs T, ples H — 89 Pes vel S. — siccus G — 90 populus gradiens S. — idque G — 92 hero F, Hero D. — 93 quisque rete G, quisquam fert rete C. S. — amum TGH — 94 qui volit H — 96 Fluentibus F — 98 Obfueretque G — compita T — 100 proprium D. — 101 Quod G — 103 ipsa D. — duabus TG, *korr. in* duabus G — 105 negat F — dominum S., dum TFH, tum G — trophei TH, tropei FG, tropaei D. — 106 hiericontha FH, Hierichunta S., gericontha TG, Hiericunta D. — 107 hora F — 109 ista F — 111 gesta G — 113—116 *fehlen* TGFH